

¶ **P**ars .X.¶ **C**a. .V.

¶ imperfectio populi illius qua non dū capax erat sublimioris atq; diuini cultus. Vnde post nodū per prophetas paulatim ad spiritualem cultum & interiorē sanctificationem mutati sunt sicut apparet **Iere. iiii.** vbi dicitur **Annouate vobis nouale & nolite serere super spinas . circūcidimini domino et auferete prepuccia cordium vestrorum.** Et iterum eiusdem **vi.** **Ecce incircumcise aures eorum & audire non possunt.** Et **ix.** eiusdē **viii.** **Om̄s gentes habent prepucciū om̄s autem domus Israel incircumcisi sunt corde.** Jam igitur manifestum est tibi q̄ iter nec veritas nec virtus nec salubritas huiusmodi sacrificiorū causa fuit vt imponerentur populo hebreorum: sed sicut gñaliter verum est: quia & rudib; et nouitijs perfecta non ab initio tradunt vel imponunt: ymo minima quedā & leuia & omnio perfectionem nō habentia: sola imperfectio eorum efficit: si em̄ eque capaces essent ad maiora & minora: a sapientissimo instituto potius imponerent eis maiora q̄ minora: et perfecta qm̄ imperfecta: & magis vtilia qm̄ minus. **Amplius:** & in scola doctrine & in scola virtutum paulatim pficitur: traditiones autē semper apportionales debent esse profectibus: quare sicut proficiebat sacra eruditiōe populus ille: sic maiora illi gradatim imponenda erant. Vnde et doctrine legis successit: & doctrina prophetarum: tanq̄ perfectioni vicinior. Tandem autē aduenit euangelice perfectionis eminentia: vltra q̄ non est q̄ se extēdat in vita sua perfectio sanctitatis: & ideo prenomina rudimēta & initialia in aduentu eius . penitus cessauerunt . et interdicta sunt toto orbe . cōmuniter ad perfectionem spūalem per aplos inuitato et miseratione dei toti mūdo per eos perfectionis euāgelice gratiam offerente: et gratiarum diluuium in oblationē ipsius: eis qui ad eam recipiēdam se preparare conati sunt in undante: et sicut alibi diximus gratiarum fonte septem sacramentis quasi septem fluminibus eos purificāte: sanctificante atq; replente.

¶ **D**e sacrificijs spūalib; Xpianorū. ¶ **C**a. .V. **A**

**P**ost hec autem prosequemur sacrificia spiritualia nostra: que deo altissimo offerre debemus: quibus solis non illis eidem placere possumus: & que offerentibus quecunq; sibi salubria vel necessaria concedunt. Verum igitur & generale sacrificium quod deo in primis & maxime offerendum est: quod deus maxime et in primis requirit: & quod non oblato: et non acceptatur quod ei offerat: est vnusquisq;